

Certamen Mediolanense 2023

IUNIORES

001 Nella tradizione latina, il *pater familias* è spesso una figura severa, che reprime e riprende i figli, colpevoli di non corrispondere all'ideale precostituito del *mos maiorum*. Nella lettera che segue, Plinio (61-114 d.C.) – che figli propri non ne ha avuti mai – rimprovera un genitore per non essere capace di comprendere il proprio figlio. La lettera è indirizzata all'amico Giuniore, per invitarlo a non cadere nello stesso errore dell'altro genitore.

C. PLINIUS IUNIORI SUO SALUTEM DICIT

Castigabat quidam filium suum quod paulo sumptuosius equos et canes emeret. Huic ego, iuvene digresso: “Heus tu, numquamne fecisti, quod a patre corripì posset? ‘Fecisti’, dico. Non interdum facis quod filius tuus, si repente pater ille tu filius, pari gravitate reprehendat? Non omnes homines aliquo errore ducuntur? Non hic in illo sibi, in hoc alius indulget?”. Haec tibi, admonitus immodicae severitatis exemplo, pro amore mutuo scripsi, ne quando tu quoque filium tuum acerbius duriusque tractares. Cogita et illum puerum esse et te fuisse, atque ita hoc quod es pater utere, ut memineris et hominem esse te et hominis patrem. Vale.

Rispondi alle seguenti domande (in italiano), sul foglio che ti è stato fornito (max. 3 righe a risposta):

001 Il padre di cui parla Plinio accusa il figlio di *paulo sumptuosius equos et canes emere* (l. 01)? Come tradurresti questa espressione?

002 Perché, a tuo giudizio, Plinio ha aspettato che il figlio rimproverato si allontanasse (l. 02 *iuvene digresso*), prima di parlare a suo padre?

003 A quale ceto sociale pensi che possano appartenere il padre e il figlio di cui parla Plinio? Da quali dettagli lo arguisci?

004 Quello fra Plinio e il suo interlocutore ti sembra un reale dialogo, oppure no? Motiva la tua risposta.

005 Considera il sintagma *pater ille tu filius* (l. 03): quale ti sembra che sia il senso dell'espressione? Quale potrebbe essere, a tuo giudizio, la forma verbale sottintesa?

006 Le parole di quel sintagma sono disposte in un ordine particolare: quale? C'è un altro esempio di questa disposizione nelle righe seguenti?

007 *Errare* indica, in latino, il vagare senza meta preordinata, o fuori dal percorso prestabilito. L'espressione *omnes homines aliquo errore ducuntur* (l. 04) è perciò un'immagine figurata. Che cosa intende dire Plinio con questa immagine? Che cosa la rende, a tuo giudizio, particolarmente efficace?

008 Plinio dice di avere voluto presentare questo racconto a Giuniore *pro amore mutuo* (l. 05), dopo che, vedendo all'opera il primo, anonimo padre, si è sentito *admonitus* (istruito, messo in guardia)

dall'*immodicae severitatis exemplum* da quello proposto. Come tradurresti l'espressione *pro amore mutuo*?

009 Considera le parole di Plinio a Giunio *ita hoc quod es pater utere* (l. 07). Che forma è *utere*? Quale parola dipende direttamente da *utere* e in che caso è?

010 Riassumi in non più di venti parole il senso complessivo del racconto di Plinio.

002 Il padre pliniano si limita a rimproverare il figlio, creando un clima poco felice all'interno di casa. Ma l'opera di repressione svolta dai genitori può essere crudele, come ci ricordano questi due aneddoti raccontati da Valerio Massimo (?-31 d.C. ca.).

M. Scaurus, lumen ac decus patriae, cum apud Athesim flumen impetu Cimbrorum Romani equites pulsi urbem pavidam repeterent, consternationis eorum participi filio suo misit qui diceret libentius se in acie ossibus eius interfecti occurrerem quam ipsum tam deformis fugae reum visurum. Itaque, si quid reliquum in pectore verecundiae superesset, conspectum patris vitaturum. Quo nuntio accepto, iuvenis coactus est fortius adversus se ipsum gladio uti quam adversus hostes usus fuerat. Nec minus animose A. Fulvius, vir senatorii ordinis, euntem in aciem filium retraxit quam Scaurus ex proelio fugientem increpuit: namque iuvenem et ingenio et litteris et forma inter aequales nitentem, pravo consilio amicitiam Catilinae secutum inque castra eius temerario impetu ruentem, medio itinere abstractum supplicio mortis adfecit, praefatus non se Catilinae illum adversus patriam, sed patriae adversus Catilinam genuisse.

Elige quid tibi verum videatur:

001 Marci Scauri filius proelio apud Athesim flumen non interfuit, sed pavoris fugientium particeps fuit

☐ Verum

☐ Falsum

002 Marcus Scaurus maluit filio occiso obviam ire quam eum fugitivum vidēre

☐ Verum

☐ Falsum

003 Fulvii senatoris filius Roma abscederat ut Catilinae se adiungeret

☐ Verum

☐ Falsum

004 Quid significat *occurrere* in hac narratione (l. 03 *se in acie ossibus eius interfecti occurrerem*)?

☐ auxilio venire

☐ invenire

☐ memoriam habēre

☐ opponere

005 Quid significat *deformis* in hac narratione (ll. 03-04 *tam deformis fugae reum*)?

☐ foedus

☐ horridus

- ☐ inexpectatus
- ☐ inordinatus

006 Quomodo complenda est sententia *conspectum patris vitaturum* (ll. 04-05 *si quid reliquum in pectore verecundiae superesset, conspectum patris vitaturum*)?

- ☐ esse
- ☐ esset

007 Quid significat in hac narratione *animose* (l. 06 *nec minus animose*)?

- ☐ cupide
- ☐ impense
- ☐ intrepide
- ☐ vehementer

008 Quid significat in hac narratione *increpare* (ll. 07-08 *Scaurus [filium] ex proelio fugientem increpuit*)?

- ☐ acuire
- ☐ ferire
- ☐ obiurgare
- ☐ punire

Paraphrasis

M. Scaurus, splendor et _____ rei publicae, cum a Cimbris equites Romanos apud Athesin in fugam esse versos territosque in urbem redire comperisset, filium, qui cum illis _____ participaverat, per nuntium his verbis _____: “Ego te _____ dicerem in acie interfectum, quam fugae reum! Tu igitur, si quid pudoris manet in te, _____ meum posthac vitabis!”. Quo comperto, filius _____ in se gladio utitur, quam usus erat in hostes. Eadem animositate ac Scaurus se gessit Fulvius senator, qui filium in aciem euntem retraxit ac ultimo supplicio _____. Iuvenis enim, indole litteris forma praestantissimus, _____ Catilinam secutus, ad illius castra praeceps contendebat, cum pater eum _____, et antequam morte mulcicaret: “Non ego te – inquit – Catilinae adversus patriam, sed patriae adversus Catilinam genui!”.

In locis vacuis insere haec verba:

- | | | |
|--------------------------------------|-------------------------------------|--------------------------------------|
| ☐ calamitatem | ☐ conspectum | ☐ ornamentum |
| ☐ afflixit | ☐ intercept | ☐ reprehendit |
| ☐ acrius | ☐ cupidius | ☐ temere |

003 Naturalmente, non tutti i padri sono uguali. Ecco ancora Plinio che, in una lettera al giovane amico Geniale, ci offre l’esempio di un padre che legge a fianco del proprio figlio, accompagnandolo nell’opera di comprensione e maturazione, indicandogli che cosa sia giusto e che cosa no.

C. PLINIUS GENIALI SUO SALUTEM DICIT

Probo quod libros meos cum patre tuo legisti. Pertinet ad profectum tuum [= alla tua piena educazione] a disertissimo viro discere quid laudandum, quid reprehendendum sit. Vides quem sequi, cuius debeas implere vestigia. O te beatum, cui contigit unum atque idem optimum et coniunctissimum exemplar [= modello], qui imitandum habes, cui natura esse te simillimum voluit! Vale.

Rispondi alle seguenti domande (in italiano), sul foglio che ti è stato fornito (max. 3 righe a risposta):

- a) Chi è secondo te il *disertissimus vir* cui Plinio fa riferimento alla l. 02 del testo? Lui o il padre di Geniale?
- b) Plinio definisce il progresso educativo con la parola *profectum*; quale verbo riconosci nella radice di questo termine? *Proficere* (*pro* + *facere*, avanzare, progredire, avere successo) o *proficisci* (mettersi in cammino, avanzare, crescere)?
- c) Plinio offre un'altra definizione dell'educazione all'interno di questa lettera, e del ruolo quindi che in essa devono assumere i genitori. Sapresti riportarla, ripetendone le esatte parole pliniane?
- d) Il rapporto padre/figlio è espresso dall'immagine del seguire il modello genitoriale (l. 03 *sequi*) e dell'*implere* i *vestigia* paterni. Sapresti dire che cosa significa esattamente quest'ultima immagine (*implere vestigia*)?
- e) A Geniale si offre un *exemplar* da seguire, che è *unum atque idem optimum et coniunctissimum*. Come tradurresti e spiegheresti brevemente questi tre aggettivi?
- f) Il rapporto padre/figlio è messo da Plinio sotto l'insegna della *imitatio* (ll. 04-05 *imitandum habes*). Come giudicheresti questa affermazione, in un massimo di venti parole?

004 Verba latina quae tibi aptissima videntur ut ista tabula explicetur adiunge; si fieri potest, verbis utere quae in textibus superius allatis inveniuntur


